N. 2087.

CURRENDA IX. X.

A. D. 1870.


Breve Apostolicum in causa administrationis et collocationis peculii ecclesiastici et bonorum episcoporum.

N. 1754.

Sequentes Beatissimi Patris in forma Brevis die 6. Maii a. c. Romae datae litterae novum sunt testimonium supremae illius sollicitudinis, qua Sanctitas Sua ecclesiasticis necessitatibus et commodis juxta episcoporum vota providere satagit.

Ideo licet ad aliam provinciam spectantes conferimus eas ad Venerabilem Clerum dioecesanum, ut ad Deum exorandum excitetur pro salute Summi Pontificis, Beatissimi Patris nostri, tanto erga filios suos insigni amore et de fortuna eorum eximia excellentis cura.

ORATE FRATRES!



Pius PP. IX.

Ad Futuram Rei memoriam.

Apostolicis Nostris die III. mensis Aprilis Anno MDCCCLX. sub Annulo Piscatoris datis Litteris majorem prae oculis habentes Ecclesiae utilitatem, et quo facilius in Austriaco imperio intercederet Sanctae Apostolicae Sedis in nonnullis casibus auctoritas per Nostrum et ejusdem Sanctae Sedis Nuntium penes imperialem aulam Vindobonensem pro tempore existentem, vel ejus exercentem vices ad certum temporis spatium necessarias quod ad bonorum ecclesiasticorum alienationes eorumdemque locationes et conductiones sacris memorati imperii Antistitibus concedendas existimavimus. Jam vero exacto hujusce concessionis praefinito spatio, nonnulli illius imperii sacrorum Antistites, ut in aliud tempus easdem facultates proferre vel denuo concedere dignaremur, enixas Nobis admoverunt preces. Nos igitur hujusmodi precibus annuentes Apostolicae Sedis Nuntio,

qui apud Aulam Imperialem Vindobonensem pro tempore existat, vel ei, qui Nuntii ipsius vices pro tempore gerat, nec non Archiepiscopis, Episcopis, et Praesulibus Nullius, ut vocant, Dioecesis, qui in universa, quam late patet, Austriaci Imperatoris ditione continentur, iis tamen exceptis, qui in provinciis italicis existunt, nec non Episcopo Wratislaviensi pro parte Dioecesis, quae in Imperio Austriaco continetur, potestatem facimus ad aliud decennium concedendi facultates sequentibus articulis comprehensas. I. Archiepiscopis nimirum alienandi bona ecclesiastica usque ad summam florenorum octo millium monetae Austriacae, Episcopis vero ac Praesulibus Nullius Dioecesis usque ad summam florenorum sex millium ejusdem monetae, sive stabilia ea bona sint, sive in publicis nominibus consistant, adjecta tamen conditione, ut pretium ex alienatione perceptum in aliorum bonorum stabilium seu censuum acquisitionem convertatur, iisque deficientibus pretium ipsum alia ratione fructuose ac secure collocetur, exclusa qualibet negotiatione ex sacrorum canonum sanctione ecclesiasticis viris interdicta. II. Archiepiscopis impertiendi facultatem imponendi bonis ecclesiasticis onera, quae non excedant summam florenorum quindecim millium, Episcopis vero et Praesulibus Nullius Dioecesis eamdem impertiendi facultatem, dummodo onera non excedant summam florenorum duodecim millium, rationem tamen ac terminum praefiniendo, quo aes alienum a causa pia contractum dissolvatur. Quod si necessariae instaurationes ac melioramenta in aliquo ecclesiastico fundo occurrant neque aes alienum contrahi queat, et nonnisi per alicujus boni ecclesiastici venditionem necessitati provideri possit, hoc in casu concedendi facultatem venditionem perficiendi cum conditione, ut si ex pretio percepto pars aliqua supersit, eadem fructuose collocetur rationibus superius expositis. Porro quum ex jure canonico in capite „Terrulas“ facultas detur fundos exigui valoris alienandi, cui quidem juris regulae nihil per has litteras volumus innovatum, licet in eodem capite onerum exiguorum impositio minime comprehendatur, ex peculiaribus tamen rationibus animum Nostrum moventibus et ex singulari concessione in exemplum minime adducenda facultatem impertimur imponendi ecclesiasticis bonis onera, quae tamen summam florenorum mille non exsuperent. Hujusmodi vero tam in praesenti quam in superiori articulo descriptas facultates minime complecti volumus bona ad mensas Archiepiscoporum, Episcoporum, atque Antistitum Nullius Dioecesis pertinentia. Quapropter quum de bonis eisdem agendum erit in casibus superius descriptis suffraganei Episcopi propriis respective Archiepiscopis, Archiepiscopi autem et Episcopus Wratislaviensis Nobis et S. Sedi immediate subjectus, nec non Praesules Nullius Dioecesis preces deferent ad Nuntium Apostolicum, cui idcirco quaemadmodum Archiepiscopis

potestatem facimus petitam impertiendi facultatem, si in Domino expedire existimaverint. III. Firmis manentibus ordinariis facultatibus Episcoporum et causarum piarum pro ineundis locationibus et conductionibus ad triennium concedendi facultatem locationes ipsas et conductiones ineundi ad quindecim annos, servatis in reliquis sacrorum canonum praescriptionibus. Ad evitandos autem abusus nonnullos, et ob secundandum aliqua ratione consuetudini, quae in Austriaco imperio invaluit, ut bonorum ecclesiasticorum possesores a respectivis conductoribus reditus, seu praestationes in antecessum accipiant, facultatem impertiendi reditus ipsos, seu praestationes percipiendi in antecessum ita tamen, ut illae quod ad fundos urbanos non excedant summam, quae in semestri spatio a conductore debeatur, quod vero spectat ad bona rustica, dummodo summam non praetergrediantur, quae per anni spatium a conductore sit persolvenda. IV. In casibus urgentis necessitatis atque utilitatis piae causae, in quibus ad alienationem vel onerum impositionem sine mora deveniendum sit, facultatem largiendi Archiepiscopis alienationem perficiendi vel aes alienum contrahendi usque ad summam sexdecim millium florenorum, eamdemque concedendi Episcopis et Antistitibus Nullius Dioecesis non ultra tamen duodecim millium florenorum summam. In casibus vero modo expressis, quum agatur de bonis ad mensas spectantibus Archiepiscoporum, Episcoporum, et Praesulum nullius Dioecesis, suffraganei Episcopi preces deferent suis respective Archiepiscopis, Archiepiscopi autem, et Episcopus Wratislaviensis Apostolicae Sedi immediate subjectus, et Praesules Nullius Dioecesis postulata deferent ad Nuntium Apostolicum, quem in finem tum eidem Nuntio, tum Archiepiscopis potestatem facimus petitam facultatem concedendi si in Domino judicaverint expedire. Hoc ipsum pariter fieri volumus in casibus, in quibus non urgeat necessitas, et quando agatur de alienationibus sive oneribus praescriptas superius summas excedentibus. Verumtamen in omnibus et singulis casibus integram esse volumus facultatem postulationes ad Sanctam Sedem directe deferendi. Volumus praeterea, ut in hujusmodi concessionibus canonicae praescriptiones accurate serventur, et praesertim Constitutio fel. m. Pauli. II. Praedecessoris Nostri, quae incipit „Cum in omnibus“ edita die XI. maii Anno MCDLXV. ac proinde in omnibus et singulis facultatibus ab Apostolico Nuntio sive per se immediate exercendis, sive sacris Antistitibus, ut supra statutum est, deferendis, volumus et mandamus, ut pateat ac probata sit piae causae necessitas vel utilitas, quem in finem in singulis casibus tum personae, quarum intersit, tum honesti nominis, et probati judicii viri antea consulentur. Mandamus denique, ut in omnibus et singulis actis venditionis, sive alienationis, atque etiam locationis ad quindecim annos mentio expresse fiat facultatis

ab Apostolica Sede concessae. Haec volumus et concedimus, non obstantibus fel. m. Pauli II. et aliorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum de rebus Ecclesiae non alienandis, aliisque Constitutionibus speciali licet mentione dignis in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die VI. Maii MDCCCLXX. Pontificatus Nostri Anno Vigesimoquarto.

N. Card[is] Paracciani Clarelli

Loco † sigilli

Concordat cum Originali quod in tabulario S. Nuntiaturae apostolicae asservatur In quorum fidem etc. Vindobonae 28. Maji 1870.

M. Falcinelli,
Archiepiscopus Athenarum Nuntius Apostolicus.

L. 156.

Okólnik szkolny względem zaprowadzenia w r. 1870/71. nowego elementarza polskiego.

Na rozwoju zdrowéj oświaty w narodzie najwięcéj zależeć powinno Wielebnemu Duchowieństwu, które ma być „światłem świata“ i według stanu swego i powołania jest nauczycielem ludu wiernego. Dla tego téż skwapliwie korzystać powinno z każdéj sposobności i chętnie imać się wszystkich środków, które wykonanie owych obowiązków ułatwić mogą.

Jednym ze środków do tego celu wiodących ma być książka, którą niedawno pod okiem dotyczących organów krajowéj oświaty według nowéj metody dla szkół ludowych ułożono, jak niniejszy donosi okólnik.

Przekazując tę książkę Wielebnemu Duchowieństwu, polecamy oraz Nadzorcom Szkół i wszystkim duszpastérzom, aby poniżéj umieszczony okólnik bezzwłocznie wszystkim dyrekcyom szkół swojego okręgu a względnie p. nauczycielom miejscowym udzielili i od nich zatwierdzenia żądali, że okólnik czytali i do niego się zastósują.

Przewielebni Nadzorcy dołożą wspólnie z duszpastérzami starania, aby się wszyscy nauczyciele wiejscy z tą książką szkolną obznajomić mogli a rozpoznawszy się z metodą i tokiem po wiejskich szkołach na przyszły rok 1871/72. zaprowadzili.

Szczególnie duchowieństwo z nową metodą nauczania dobrze już oswojone i p. nauczyciele szkół miejskich nie odmówią swéj rady i pomocy tym pracownikom w zawodzie szkolnym, którzy onéj potrzebować lub zasięgać będą.

Biskupi Konsystorz ma przekonanie, że samo poczucie się do obowiązków będzie Wielebnemu Duchowieństwu bodźcem do ścisłego wypełnienia tego polecenia.

Treść okólnika jest następującą:

L. 3815./R. S. K.

Okólnik

do wszystkich okręgowych Nadzorców szkół ludowych, i dyrekcyj szkół głównych.

Za staraniem Rady szkolnéj krajowéj wyjdzie z początkiem szkolnego roku 1870/71. Elementarz polski osnowany ściśle na metodzie tak zwanéj „czytania połączonego z pisaniem“ a raczéj pisaniem poprzedzonego.

Książeczka ta ma wejść zaraz w używanie przy wszystkich szkołach głównych i trywialnych miejskich. Do szkół wiejskich będzie takowa zaprowadzoną dopiéro na rok szkolny 1871/72. a to z tych pobudek, aby starszym do dawnych metod przyzwyczajonym nauczycielom wiejskim zostawić czas do należytego zaznajomienia i oswojenia się z tą metodą, wedle któréj jedynie książeczka ta zamierzone przynieść może korzyści; tudzież aby zapasy elementarza dotąd używanego mogły być zużytkowane.

O tém postanowieniu zechcą Nadzory szkolne okręgowe nauczycieli wszelkiego rodzaju szkół ludowych niezwłocznie uwiadomić.

Lwów dnia 2. Czerwca 1870.

W Tarnowie dnia 7. Czerwca 1870.

L. 157.

W. Rada szkolna krajowa poleca zwiérzeniec obrazowy do zoologii układu Dra Nowickiego okólnikiem następującym:

L. 2969./R. S. K.

Okólnik

do wszystkich powiatowych Nadzorców szkolnych.

Zwiérzyniec obrazowy zastósowany do zoologii profesora Dra Nowickiego zeszyt piérwszy obejmujący „zwierzęta ssące“ i zeszyt drugi zawierający „ptaki, płazy i ryby“ wydany w Krakowie nakładem księgarza lwowskiego J. Karola Wilda, poleca Rada szkolna krajowa dla użytku szkołom średnim a ze względu na pożyteczność i nizką cenę także dla bibliotek szkół ludowych.

Cena zeszytu wynosi 1 złr. 25 cnt. w. a.

Lwów dnia 29. Maja 1870.

W Tarnowie dnia 7. Czerwca 1870.

L. 1969.

Składki na pogorzały klasztór w Sokalu.

Tém dotkliwszą, że w krótkim przeciągu czasu powtórną i prawie niepowetowaną klęską nawidzony został kościół i klasztór OO. Bernardynów w Sokalu, tego z wielu względów krajowi drogiego i słynnego miejsca.

Z krajowych pism wiadomo już Wielebnym Braciom, że 28. zeszłego miesiąca wspaniała Swiątnica w Sokalu i całe zabudowania zakonne stały się pastwą płomieni.

Tam gdzie się dawniéj szczytne dźwigały wieżyce, co zwiastowały Przybytek Pański, kędy woń kadzideł i modłów wznoszonych do Pana tysiące serc wiernych

napełniała uczuciem błogoty i szczęścia, tam Bracia dziś stérczą niby szkielety czarną sadzy żałobą pokryte niedopalone szczątki murów i wzbijają się tumany kurzu z rumowisk nieprzetlałych zgliszczy.

Przerażający zaiste widok, iż prawie godzi sią zawołać z Jeremiaszem prorokiem „Jako siedzi samo miasto ludu, iż stało się jako wdowa 1.) Płacząc płakało w nocy a łzy jego na czeluściach jego. 2.) Drogi Syonu płaczą, że niemasz ktoby szedł na Święto uroczyste, wszystkie bramy jego popsowane a kapłani jego wzdychający 4.) bo z wysoka puścił Pan ogień na kości jego i wycieńczył go i położył go spustoszoném i przez wszystek dzień żałością utrapioném 13.) Zemdlała siła jego i podał go Pan w rękę z któréj nie będzie mogło powstać 14.) Rozciągnęło Syon ręce swe, a niemasz ktoby je cieszył.“ 17.)

Otóż My Wielebni Bracia pocieszmy je. Gruzy spustoszenia odzywają się do litości naszéj, Syon Sokalu wyciąga do nas ręce swe, podajmy mu pomoc datkiem czyli składką, zbieranie takowéj ogłaszając z ambon ludowi wiernemu, który w prawości swoich katolickich uczuć nie ociągał się nigdy z ofiarą, gdzie o chwałę Bożą chodziło.

Kiedyś owa Świątnica Sokalska na krocie zlewała swoje dobrodziejstwa, koiła cierpienia, dawała pociechę, a dziś Sama potrzebuje i błaga o pociechę i pomoc, mamy nadzieję, że je znajdzie w żywéj wierze i litościwych sercach szlachetnych Chrześcian.

Przed innemi Wy Bracia oblubieńcy kościoła św. nie zapominajcie na Przybytki jego. Przyczyniajcie się, ze swéj strony według możności chojnym datkiem na podźwignięcie ich z gruzów, a czynem tym więcéj zachęcicie jak ulotnemi słowy.

W tym celu osobne składki Przewielebni Ks. Dziekani między Szanownym Klerem, zbiérać i rychło je do Konsystorza do dalszego użytku przesyłać będą.

Dzisiaj zbiorową siłą stowarzyszeń dokonują się niesłychane dzieła na świecie. Do stowarzyszenia w celu podźwignięcia z gruzów pomnikowéj Swiątyni Sokalu Wielebne Duchowieństwo nie będzie ostatnie.

Także Prześwietne Namiestnictwo raczyło ze swéj strony poprzeć sprawę zezwoleniem do zbiérania składek, a nawet zawiadomiło już o tém wszystkie w kraju Starostwa.

W Tarnowie dnia 29. Czerwca 1870.

Continuatio

Casuum liturgicorum. *)

84. Parochus in quadam calamitate publica, sine licentia ab Ordinario petita, Ss. Sacramentum per aliquot dies in horis antemeridianis publice exponit. *Quaer.* Num licite? *Resp.* Negative; nam expositio Sanctissimi per plures horas, ut populus convocetur ad orandum, est oratio publica, quam indicere ad Episcopum spectat.

(S R. C. 18. Dec. 1647. Benedict. XIV. Accepimus 16. April. 1746. Bullar. magn. t. 11. pag. 17.)

85. Parochus cujusdam civitatis in nocte Nativitatis Domini Missam solemnem coram Ss. Sacramento exposito celebrare solet. *Quaer.* Num rite? *Resp.* Negative; expositio enim Ss. Sacramenti in illa s. nocte non probatur.

(S. R. C. 17. Sept. 1785.)

86. Parochus vocatus ad infirmum inungendum reperit istum probabiliter moriturum, priusquam absolvere possit omnium quinque sensuum unctiones cum suis formis. *Quaer.* Quid faciendum? *Resp.* Ungat organum magis obvium (consultius in capite) dicendo: „Per istam sanctam unctionem et piissimam suam misericordiam indulgeat tibi Dominus, quidquid deliquisti per sensus, visum, auditum, odoratum, gustum, tactum et gressum, in nomine Patris etc." Nota, verbum „*deliquisti*„ esse praemittendum, quia si „*deliquisti*" proferatur in fine et interim aeger moriatur, nullum est Sacramentum.

(S. Alphons. lib. 6. tract. 5. c. 1. n. 710. et 711.)

---

*) **Nota:** Venerab. Clerum attentum facere volumus ad casum liturgicum N. 74. in Currenda VIII. ex a. 1870. pg. 61. contentum.

Casus hic, cui recentius decretum in eadem materia a S. Rit. Congregatione latum (vide Curr. XXII. ex 1868 pag 172.) revera qua priori derogat non sine quadam ratione inter recentiores casus liturgicos invasit.

Contraria penes se posita magis illucescunt; utriusque ergo quaestionis casus ante oculos positio — quod modo hic locum habet — sine dubio confert ad majorem rei illustrationem hinc et ad arctiorem unitatis observationem.

Alio sub obtutu magis lucri quam nocivum videtur, si nonnunquam Venerabili Clero occasio disputandi praebeatur; nam objectiones excitant et docent.

Nunc autem resolvitur dubium sequentibus:

Decretum in Curr. XXII. ex 1868 pg. 172. est recentius decreto in Currenda VIII. ex 1870. pg. 61. adeoque priori decreto in omnibus firmiter standum et fideliter inhaerendum.» Tarnoviae 12. Junii 1870.

87. Completa hac unctione unica Parochus advertit, infirmum adhuc vivere. *Quaer.* Num debeat repetere singulas formas et inungere omnes partes sub suis formis particularibus, servata consueta methodo? ***Resp.*** Recte se gesturum Parochum, si talem infirmum, servata consueta methodo Oleo sancto inungat, quod et Ritualia docent, praesertim si infirmus aliud Sacramentum suscipere haud potuerit.

(S. Alphons. loc. supra cit.)

88. Latro gladio perimendus aliquot horas ante executionem petit a Confessario Sacramentum extremae unctionis. *Quaer.* An ei sit conferendum? ***Resp.*** Negative; nam est praxis omnium Ecclesiarum, hoc Sacramentum, pro spirituali et corporali subsidio *infirmorum* tantum institutum non solere conferri moribundis per violentiam extrinsecam gladii, suspendii etc., sed solum ex causa intrinseca morbi, pestis, vulneris et similium.

(S. Alphons. loc. supracit. n. 713.)

89. Cooperator vocatus ad senem quemdam, qui, alia aegritudine non affectus, prae decrepita aetate putat se in dies decessurum, et extremam unctionem petit, anceps est, an Oleo sancto inungere hunc senem debeat; hinc consulit Parochum. *Quaer.* Quid hic respondeat? ***Resp.*** Hujusmodi senibus Sacramentum extremae unctionis sine haesitatione administrari potest, cum vere lethali morbo laborant; ipsa enim gravis et annosa senectus est infirmitas, quae interiora vitae organa labefactat et mox ducit ad interitum quamvis exterius videantur sani et incolumes; insuper non raro tales aliqua certitudine sentiunt mortem appropinquantem.

(S. Alph. loc. cit. n. 712.)

90. Pater cujusdam parvuli, qui peccati actualis adhuc incapax ex morbo vita periclitatur, postulat, ut ei extrema unctio administretur. *Quaer.* An id facere Parochus possit? ***Resp.*** Negative; iste enim infans, qui nondum peccavit, non indiget Sacramento ad tollendas reliquias peccatorum et superandos extremos diaboli insultus instituto. Pueris vero, peccati mortalis ac confessionis capacibus ac periculose aegrotantibus non deneganda est extrema unctio, quamvis nondum communicaverint. Si vero dubium sit, an puer usum rationis habeat, ungendus est sub conditione.

(S. Alphons. lib. 6. tract. 5, c. 1. n. 717. et 718.)

91. Parochus, vocatus ad administrationem extremae unctionis, defert s. oleum cum superpelliceo et luminari; Parochus vicinus illud defert sine ulla solemnitate et utitur in administratione Sacramenti sola stola. *Quaer.* Uter ritum servet? ***Resp.*** Neutrum, nam neque s. Oleum ad infirmos deferendum est cum ulla solemnitate, cum superpelliceo

ac luminari, *(S. R. C. 22. Jan. 1606)* neque Sacramentum administrandum cum sola Stola sine superpelliceo.

(S. R. C. 16. Dec. 1826.)

92. Parochus, quando ad infirmos quoscunque vocatur, unumquemque mox, s. Eucharistia administrata, inungit, ut se ab hac cura liberet, *Quaer.* An bene? *Resp.* Negative, quia Sacramentum extremae unctionis, si conferatur infirmo morbo communi sive non graviter vel periculose laboranti, non est validum; peccat igitur graviter Parochus iste, quia Sacramentum periculo nullitatis exponit.

(S. Alphons. loc. cit. n. 712.)

93. Mulier sentiens primos dolores instantis partus et recordata mortis periculi in prioribus puerperiis, a suo Parocho, cui ista die sacramentaliter confessa erat, petit, ut sibi extremam administret unctionem. *Quaer.* Num Parochus petitioni satisfacere possit? *Resp.* Si mulier alias non graviter infirma sit, illi hoc Sacramentum non est conferendum; secus vero, si mulier jam coeperit gravissimis cruciatibus divexari, ita ut jam actu sit in proximo mortis periculo, quia tunc revera jam periculose infirmatur.

(S. Alph. loc. cit. n. 713. dub. III.)

94. Infirmus, postquam extremae unctionis Sacramentum acceperat, melius habere coepit, ut medicorum judicio putaretur esse extra periculum mortis, sed mutata corporis constitutione recidit. *Quaer.* An iterum ungi possit? *Resp.* Affirmative; si infirmitas diuturna sit; dummodo prudentum judicio censeantur fuisse diversa pericula, quia tunc censentur duo morbi; licet autem hoc Sacramentum bis in duobus morbis.

(S. Alph. loc. cit. n. 715. dub. V.)

95. Cooperator administraturus extremam unctionem viro a nativitate caeco, consulit Parochum, an cum aliis sensibus etiam oculos inungere debeat? *Quaer.* Responsio? *Resp.* Affirmative; etsi enim exterius per oculos ille caecus non peccaverit, potuit tamen peccare per interiores potentias, quibus illi respondent.

(S. Thom. suppl. p. 3. quaest. 32. art. 7. et S. Carol. Borr. act. Med. p. 4.)

96. Morbo contagioso grassante Parochus animadvertit, oleum infirmorum sufficiens non adesse nec aliud benedictum statim haberi posse, quapropter oleum non benedictum affundit. *Quaer.* Num licite? *Resp.* Affirmative, si pars non benedicti affusi fuerit in minori quantitate quam altera pars benedicti (cf. Rituale rom.) Potest quoque in casu

necessitatis propter copiam infirmorum iterum oleum non benedictum superinfundi, si pars olei, quae affunditur, est minor altera parte, cui infundintur, quamvis nunc major quantitas olei non benedicti addita sit, quam ab initio fuerit benedicta.

(S. Alphons. loc. cit. n. 708. conf. decr.)

Continuatio sequetur.

L. 2118.

Dodatek do ustawy wojskowej z dnia 5. Grudnia 1868 r.

Dla podania w całości już w Kurendach szkolnych IX—XIV z r. 1868. L. koś. 4348. i w Kurendzie kość. IV. z r. 1869. L. 1073. częściowo ogłoszonéj ustawy wojskowéj podajemy Wielebnemu Duchowieństwu ciąg dalszy obwieszczenia w tym samym przedmiocie:

Nr. 35.

Obwieszczenie c. k. Namiestnictwa z dnia 5. Października 1869. r. L. 34.128.

W myśl wysokiego reskryptu c. k. Ministerstwa Obrony krajowéj i Bezpieczeństwa publicznego z dnia 4. Lipca r. b. l. 3.591/II., podaje się do powszechnéj wiadomości wyciąg z przepisów instrukcyi do ustawy wojskowéj z d. 5. Grudnia 1868. r. (Dzien. ust. Państwa nr. 151.) z tą uwagą, że dokładna znajomość tych w streszczeniu podanych przepisów potrzebną jest zwierzchnościom gminnym, prowadzącym księgi metrykalne, tudzież powołanym do służby wojskowéj i członkom ich rodzin.

W s t ę p.

§. 1.

Treść instrukcyi.

Instrukcya obejmuje przepisy dla przeprowadzenia ustawy z d. 5. Grudnia 1868. r., zapomocą których reguluje się dla zastąpionych w Radzie Państwa Królestw i krajów sposób dopełnienia powinności wojskowéj, a mianowicie warunki, pod jakiemi następuje powoływanie obowiązanych do służby wojskowéj, do dopełnienia téj powinności, tudzież przejście do rezerwy i landwery, lub téż uwolnienie od stosunku wojskowego.

Część II.

Pobór wojskowy zwyczajny.

§. 10

Czynności przygotowawcze do zwyczajnego poboru wojskowego.

Czynności przygotowawcze do przeprowadzenia zwyczajnego poboru wojskowego obejmują środki, tak do wykazania mających się stawić w następnym roku obowiązanych do służby wojskowéj, jakotéż w ogóle przed rozpoczęciem zwyczajnego poboru wojskowego możliwe i do przeprowadzenia tegóż potrzebne.

Takiemi środkami są, mianowicie:

a) spisywanie poborowych;

b) przedsiębranie losowania i układanie list poborczych (Część IV.);

c) podział kontyngensu (Część V.); nakoniec

d) przygotowania do rozpoczęcia czynności komisyj poborczych, jakotéż do ułożenia planów podróży i czynności dla nich (Część VII.).

§. 11.

Spisywanie poborowych I. klasy wieku przez prowadzących księgi metrykalne.

1. Osoby ustanowione z urzędu do prowadzenia ksiąg metrykalnych układają podług gmin miejscowych wyciągi z rejestrów chrztu i urodzin, obejmujące wszystkich młodzieńców wstępujących w wiek obowiązany do poboru wojskowego, nie pomijając przytém żadnego imienia, podług wzoru I.

2. Do tych wyciągów mają być wpisywane podług daty urodzenia wszystkie w gminie urodzone, a nawet zmarłe już osoby płci męzkiéj, które w roku kalendarzowym, po ułożeniu tych wyciągów następującym, ukończą (§. 3.), a względnie byłyby ukończyły 20sty rok wieku.

3. Zaszłe po dzień oddania wyciągu metrykalnego wypadki śmierci osób tamże wymienionych mają być, o ile to stać się może, na podstawie spisu umarłych, prowadzonego przez utrzymujących księgi metrykalne, wciągnięte do przeznaczonéj na to rubryki tego wyciągu.

4. Te wyciągi z rejestrów mają być do końca listopada każdego roku oddane przynależnym naczelnikom gmin.

§. 12.

Przynależność do dopełnienia obowiązku stawienia się do poboru wojskowego.

1. Każdy poborowy ma stawić się w powiecie, do którego jako swojski jest przynależnym, i tam musi dopełnić tego obowiązku.

2. Dzień rozpoczęcia terminu do zgłaszania się rozstrzyga także o przynależności ku dopełnieniu obowiązku stawienia się do poboru wojskowego w ten sposób, że nowa przynależność, uzyskana po 1. grudnia roku poprzedzającego pobór wojskowy, ma być uwzględniona dopiéro przy następującem po tym poborze wojskowym zwyczajnem uzupełnieniu armii.

3. W razie wątpliwéj przynależności rozstrzyga pobyt poborowego w dniu oznaczonym pod 2.

§. 13.

Wzywanie w celu zgłaszania się do spisu.

1. Naczelnicy gmin, którym poruczone jest spisywanie poborowych, mają co roku, w czasie odpowiednym przed rozpoczęciem terminu do zgłaszania się, wzywać publicznym plakatem lub innym, w miejscu używanym sposobem, spisać się mających obowiązanych do stawienia się, pod zagrożeniem prawnie dozwolonéj kary do dopełnienia postanowień zawartych w §. 14. téj instrukcyi.

2. Na obowiązek do zgłaszania się, równie jak w ogóle na powinności wypływające z ustawy wojskowéj, nie ma żadnego wpływu ani brak wiadomości o tém lub innych tego rodzaju wezwaniach, ani téż nieznajomość obowiązków, wypływających z ustawy wojskowéj.

3. Zgłoszenie się poborowych do spisu ma być, jeźli takowe nastąpiło ustnie, wciągnięte natychmiast w obecności zgłaszającego się do dotyczącéj listy (§§. 15. 16.).

§. 14.

Zgłaszanie się poborowych do spisu.

1. Każdy poborowy z klass wieku, które powinny stawić się przy najbliższym zwyczajnym poborze wojskowym, ma zgłosić się ustnie lub pisemnie do spisu u naczelnika gminy swego miejsca pobytu, chociażby nawet to miejsce pobytu nie było oraz jego miejscem przynależności.

To zgłoszenie się ma nastąpić w miesiącu Grudniu roku poprzedzającego zwyczajny pobór wojskowy.

2. Jeźli to zgłoszenie się nie nastąpi u naczelnika gminy miejsca przynależności, należy załączyć kartę legitymacyjną lub dokument podróży.

3. Jeźli poborowi tymczasowo są nieobecni w miejscu swéj przynależności lub zwykłéj siedziby, i w skutek tego, lub dla słabości nie mogą zgłosić się sami ustnie lub pisemnie, natenczas mogą ich w tém zastąpić ich rodzice, opiekunowie lub inni umocowani.

4. Znajdujących się w areszcie karnym, śledczym lub poprawczym poborowych, wykażą przełożeni dotyczących zakładów więziennych naczelnikowi gminy w miejscu pobytu, z podaniem dat potrzebnych do spisania.

5. Należący do poborczéj klasy wieku i żyjący w kółku familijném krewni poborowych, zostających w czynnéj służbie wojskowych, jakotéż służących przy administracyi stałéj armii, lub przy marynarce wojennéj są obowiązani, równie jak wszyscy inni poborowi, zgłaszać się ustnie lub piśmiennie u naczelnika gminy w miejscu pobytu. Co do meldowania wstępujących w wiek poborczy wychowańców wojskowych zakładów naukowych, przez komendantów dotyczących zakładów, obowiązują postanowienia zawarte pod 4.

§. 15.

Spisywanie poborowych z wszystkich trzech klass wieku.

1. Spisywanie poborowych jest obowiązkiem naczelników gmin, i obejmuje tak przynależnych do dotyczącego związku gminnego, jakoteż nieprzynależnych tamże, a przebywających w gminie poborowych ze wszystkich trzech klass wieku.

2. Naczelnicy gmin są za dokładne i porządne spisanie o tyle odpowiedzialni, iż w razie wytkniętych bezowocnie niedokładności, może być za orzeczeniem politycznego Rządu krajowego dokonanem spisanie przez władze powiatowe na koszta gminy.

3. Naczelnicy gmin mają zaraz po odebraniu wyciągów z rejestrów chrztu (urodzenia) zasięgać wiadomości o pobycie wymienionych tamże osób i wybadać, czy nieobecne już w gminie pomarły, za pozwoleniem wywendrowały z kraju, lub gdzieindziéj przynależność otrzymały. Wynik tych badań ma być w wyciągu z rejestru chrztu (urodzenia §. 11.) uwidoczniony.

4. Na podstawie tych wyciągów rejestrowych, osobistego zgłoszenia się poborowych, tudzież przedsiębranych przez naczelników gmin, poszukiwań względem przynależnych zresztą do gminy lub nieprzynależnych, a przebywających w gminie poborowych, będą układane oddzielne listy, mianowicie:

a) przynależnych do gminy, poborowych, podług wzoru II., i

b) nieprzynależnych do gminy jednak przebywających w niéj poborowych, ze wszystkich trzech klass wieku, podług wzoru III.

5. Do listy przynależnych do gminy poborowych mają być wciągani nie tylko ci, którzy

a) urodzili się w gminie, i mają w niéj swoją siedzibę, lecz

b) także ci, którzy urodzili się w gminie, lecz nie są w niéj obecni, chociaż nie utracili przynależności do gminy, niemniéj

c) ci, którzy osiedli w gminie jako obcy, i obecnie już do niéj należą.

6. Co do tych poborowych z drugiéj i trzeciéj klasy wieku, dostatecznem będzie sprostowanie listy, ułożonéj przy poprzednim zwyczajnym poborze wojskowym.

7. W spisie przynależnych poborowych nie może być żaden z nich pominiętym; nawet jeźli służy w stałéj armii, przy marynarce wojennej iub landwerze, albo téż został już uwolnionym od stosunku z niemi; także wszyscy przy dawniejszych zwyczajnych poborach wojskowych uwolnieni i w jakikolwiek inny sposób klasyfikowani, tudzież wszyscy do stanu zapasowéj rezewy, przydzieleni z klas wieku poborowych, mają być do tych list wpisani; natomiast nie potrzeba umieszczać w spisie ani tych poborowych, którzy w rejestrach chrztu (urodzenia) bądź przez prowadzących księgi metrykalne, bądź przez naczelników gmin oznaczeni zostali jako zmarli, ani téż takich, którzy za pozwoleniem wywendrowali z kraju, lub stali się przynależnymi do innéj gminy.

8. Wszelkie okoliczności, mające wagę pod względem powoływania poborowych do pełnienia ich powinności, jak n. p. jeźli poborowy znajduje się w areszcie śledczym lub karnym, albo w śledztwie karném, chociaż na wolnéj stopie, albo jeźli jest nieobecnym w swojéj gminie, mają być w liście wyraźnie i zwięźle podane.

§. 16.

Spisywanie obcych poborowych.

1. Spisywanie przebywających w gminie a nie przynależnych tamże poborowych wszystkich trzech klass wieku odbywa się podług zawartych w §. 15. zasadniczych postanowień, na podstawie zgłaszania się poborowych, tudzież badań przedsiębranych z urzędu przez naczelników gmin.

2. Jeźli poborowy nie posiada ważnéj karty legitymacyjnéj, potrzeba zanotować tę okoliczność w dotyczącéj rubryce spisu. Jeżeli tu chodzi o takiego poborowego, którego klasa wieku była już pociąganą do poboru, natenczas jest obowiązkiem naczelnika gminy, podać w rubryce „Uwaga", w jaki sposób dotyczący poborowy podług podania swego odpowiedział obowiązkowi stawienia się.

3. Obcy poborowi mają być przy sposobności zgłaszania się ich pouczani o postanowieniach §. 18., i w razie, jeźliby zażądali stawienia się w powiecie pobytu, a nie zdołali sami wyjednać sobie tego, potrzeba im ułatwić to pośrednictwem z urzędu.

4. Zresztą potrzeba obcych poborowych, którzy zażądali stawienia się w powiecie pobytu, zobowiązać, ażeby w razie, gdyby zmuszeni byli zmienić to miejsce, oznajmili miejsce swéj nowéj siedziby.

Ciąg dalszy nastąpi.



N. 1588.

Franciscus Seraphicus Szlosarczyk,

Presbyter Jubilatus, Capituli Tarnoviensis Praepositus Infulatus, Protonotarius Apostolicus, Administrator Dioeceseos Tarnov. in absentia Illustrissimi ac Reverendissimi Praesulis Romae in Concilio oecumenico assidentis 23. Maji. a. c. hora tertia matutina S. Ecclesiae Sacramentis rite munitus, facta mature ac laudabilli modo suae substantiae dispositione, 79. aetatis suae anno in dulci Dei Nostri Jesu Christi amplexu post brevem morbum vita functus, sacerdos secundum cor Dei, vere pius ac probus, gloriam Dei, ac Ecclesiae catholicae exaltationem ardenter cupiens et pro viribus promovens, a pauperibus, quorum benefactor fuit, deploratus, Vestris piis Dilecti in Xto fratres precibus ad aram commendatur consociationis B. Joseph pro felici morte sodalis.

E Consistorio Episcopali,

Ex mandato Illustrissimi ac Rever. Praesulis

Dr. Michaël Król,

Praepositus Infulatus, Protonotarius Apostolicus, Administrator Dioeceseos Tarnov. in absentia Illustrissimi ac Reverendissimi Praesulis.

Tarnoviae die 30. Junii 1870.

Cyprianus Netuschill,
Cancellarius.

Tarnoviae, 1870. Typis A. Rusinowski, Typographi Episcopalis. Impensis Consistorii.